

id scio ad salutem fore adolescentibus, hac saltem in parte per DEI gratiam, vobis fideliter serui.
Quascunq; in meo seminario felicis naturae plantulae nacti fuerit, eas ita natiuer excolam cum DEO
ut possint demum cum aliqua laude & gratia in vestrum optime constitutum vineum, quasi quaedam
germana viui radices transferri. Valete. 3 Idus Nouembris. 1566. Duisburg.

Ecclesiae vestrae Studiosissimae.

Johan. Molang.

N. 158

Clariss. Doct. Sebastian. Heideck. Pax Christi.

[= Mscr. A. 12.

N. 86]

Clarissime doctor Franciscum tuum quando ita postulas ad me recepi, datuq; operam quae
erit scitum in me ut tua prudentia intelligat, in eo liberaliter instituendo neq; fidem mihi
neq; diligentiam defuisse. Est multum (ut ait Poeta) in teneris assuescere, promota nobis esset
omnia, si puerilis institutionis fundamenta fuissent aut iacta feliciter, aut certe fideliter con-
seruata, in ea statim aetate qua ut Grammaticorum Canonum molestias pro delectamento ha-
bet: ita nunq; aspera est correctricem manum admouens. Constituimus ordinem à limine nimirum à
primis Latinae linguae rudimentis. Hoc quidquid est tardius, si iuxta mecum adolescens poterit perse-
qui, reliqua demum studia vestra maiori cum voluptate progredientur. Sed ante omnia DEO faciunda
vota sunt, ut utriusq; conatus, meos scilicet atq; ipsius adolescentis, prosperare dignetur sua benedictio-
ne. De pecunia ante sextum mensem non laboramus, cum ita exarserit. D. Doctor si erit commodum
mittet Dalero sexdecim, & rursus totidem anno elapso. Si volet DEVS & si vivimus, hos hyber-
nos menses tres vel quatuor commorabimur hic ad ripam Rheni Duisburgi. Interea Bremenses
si mihi meisq; adolescentibus immunitatem spondebunt, ab omni corruptela doctrinae & cultuum
sedata peste nouo demum vere ad functionem nostram nos reuocabunt. Sin quod magis credo,
Spartanissimi reliquias pergunt excludere, nisi mihi Brabantia gratas compedes mitterit, isthuc ad
eos transibo. Vale Doctor vere doctissime. 3 Idus Nouembris. Duisburgi. 1566.

Tua D. Studiosiss.

Johannes Molanus.

N. 159

M. Jacobo mylio Heideck. Pax Christi.

[= Mscr. A. 12.

N. 87]

Jacobe Frater dilecte Gaudemus tibi isthuc et uxori tuae omnia haec tenens secunda euenisse. Nos
interea variè exercitij sumus. Gratias tamen agimus DEO patri nostro quod vivimus etiam nunc
omnes qui Bremae in uno contubernio vivimus, extra unum adolescentem Flandram quae Bre-
mana pestis suffulit, is ante menses sex vel septem mendicans ad me confugerat, sonans ver-
ba quaedam Latina non admodum concinne rogabat, ut sub meo tecto haurire posset. recepi in con-
uictum, erat ingenio felicis, studio autem incredibilis paucis mensibus omnes aequales suos post
se reliquit. Cuius multis moror? proposui ei doctrinam pietatis legebat semper vespere unum
caput, donauit ei nouum testamentum latinum, ediscebat, quaedam alia studiosissime legebat, pla-
ne ut transformari videretur. Cum autem iam clausa schola essent et me meo contubernales pau-
latim desererent. A pueris in Brabantiam euntibus hunc nouo matello instructum volebam adiuu-
gere. Forte Magister Henricus cum hoc meo consilio audisset (eius auditor erat) Dolendum
est (inquit) illum puerum tam egregia natura sic amitti. Cuius facerem? Jam ancillas absolutas